



## XVIII.

*Animadversiones Chemicæ quatuor.*

QVIBVS ARS ΠΕΡΙ  
ΧΗΜΕΙΑΣ VNIVERSA TAM  
PRACTICE QVAM THEORICE,  
CITRA OMNEM INVIDIAM, FILIIS  
Sapientiæ quam apertissime & brevissi-  
me enudatur atq; demonstratur.

INCERTO AVTHORE.

ANIMADVERSIO  
PRIMA.

*Materiam (quæ à Deo Opt. Max. per naturæ beneficium Di-  
vi Hermetis mysterio destinata est) in forma specièq; sua  
naturali existetem, ad rei perfectionem prorsus esse in-  
habilem, omnium Philosophorum opinio. Hanc itaque  
(primitus quam se in nobiliorem plusquam perfectionis  
sua gradum, aut reduci aut trahi patiatur) à simplici  
metallica sua perfectionis vinculo prorsus esse liberan-  
dam superfluitatem q; (ut metaphoricè loquuntur) illi  
adimendam esse, manifestum est ex Gebri aliorumque  
Philosophorum dictis, quæ sequuntur.*

*It enim ille : Est lapis Philosophorum una  
medicina, in quo totum magisterium consi-  
stit cui non admiscemus extraneum, neque  
diminuimus aliquid, nisi quod superfluum  
in operatione semoveatur. Item Rosarium folio 276.  
Lapis*

*Ma præpa-  
ratio*

*Gebri*

*Rosariu*